Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tione relatum fuerit per episcopos iudices causa finiatur. siue quos eis primates dederint. siue quos
ipsi uicinos ex consensu delegerint. Titulum cc.xxx.iiii. Si possessor per uiolentiam
expellatur. Capitulum cc.liiii. Quicumque uiolenter expulit possidentem priusquam per ip-
so iudicis sententia procedat. et si causam meliorem habuit ipsam causam de qua
agitur perdat. Ille uero qui uiolentiam pertulit uniuersa in statu quo fuerant recipiat.
et quod possedit securus teneat. Si uero illud inuadit quod per iudicium obtinere potuit.
et causam amittat et aliud tantum quantum inuasit reddat expulso. Titulum cc.
xxxiiii. Si ad diripiendum quisque alios inuitasse reperiatur. Capitulum ccc.iii.
Si quis ad diripiendum alios inuitauerit. aut cuiuscumque rem eiectat aut pecora. uel
animalia quecumque diripiat. illi cuius res direpta est in septuplum que subla-
ta sunt restituat. Si uero qui cum ipso fuerint ingenui sint. quinos solidos conponere conpellantur.
aut si non habuerint unde conponant. c.l. flagella suscipiant. Si uero serui hoc sine
domini uoluntate commiserint centenis quinquagenis flagellis uerberentur. et
ab eis res omnes integro in statum reddantur. Titulum cc.xxxv. Quod omnes cau-
se que uel pretorio iure uel ciuili tractantur episcoporum sententiis terminate perpe-
tuo iure firmentur. Capitulum ccc.lxvi. Quicumque litem habens siue possessor
siue petitor fuerit uel initio litis uel decursis temporum curriculis siue cum negotium
peroratur siue cum iam ceperit promi sententia si iudicium elegerit. sacrosancte legis
antistitis ilico sine aliqua dubitatione etiam si alia pars refragatur ad episcoporum iudicium
cum sermone litigantium dirigatur. Multa enim que in iudicio captiose prescriptio-
nis uincla promi non patiuntur. inuestigat et promit sacrosancte religionis auctori-
tas. Omnes itaque cause que uel pretorio iure uel ciuili tractantur. episcoporum sententiis termi-
nate perpetuo stabilitatis iure firmentur. nec liceat ulterius retractari negotium
quod episcoporum sententiis deciditur. Testimonium etiam licet ab uno episcopo perhibitum. omnes
iudices indubitanter accipiant. nec alius audiatur. cum testimonium episcopi a quali-
bet fuerit parte repromissum. Illud est enim ueritatis auctoritate firmatum. il-
lud incorruptum quod a sacrosancto homine conscientia mentis illibate protulit. Hoc nos e-
dicto salubri aliquando censuimus. hoc perpetua lege firmamus. maliciosa litium
semina conprimentes. Titulum cc.xxxvi. Idem Arcadius. Ex libro Theodosii Capitulum xii.
Incesti non sunt legitimi heredes sed infamia sunt notate utriusque persone. Titulum cc.xxxvii.
Ut ita ualeat mutatio sicut emptio. Capitulum cccc.xviii. Commutatio si non fu-